



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt LXVIII. S. Viti Collegivm Prope Frisingam Bauariæ Urbem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

Bauariæ, constructam, in collegium Canonico-  
 rum extulit, ampliauit, & plurimo textit,  
 circa annum Domini 1023. teste Auétino. Al-  
 tare vetus olim à S. Rudperto dedicatum mā-  
 fit hodieque monstratur. Hæc Ecclesia subest  
 Bambergensi collegio Cathedrali & semper  
 habere solet Præpositum ex Bambergensibus  
 Canonicis; sed quoad iurisdictionem Episco-  
 palem, pertinet ad Ratisbonensem Ecclesiam;  
 Hæc ex Conrado Maidenburgico ferè de-  
 sumpsimus.

## CAPVT LXVIII.

S. VITI COLLEGIVM PROPE  
*Frisingam Bauaria Urbem.*

**E**NGILBERTVS Comes de Mospurg, E-  
 piscopus Frisingensis hanc constituit  
 Ecclesiam, qui Præpositum cum sex Canoni-  
 cis (quos Hitto Episcopus Frisingensis, ante  
 annos ducentos in monte Tetmos, nunc  
 Stephani consecrati, vulgò *Veichenstephen*,  
 collocauerat) transtulit ad Ecclesiam Sancti  
 Viti in Umbilico illius montis sitam: & loco  
 istorum instituit ibi ordinem Diui Benedicti,  
 & monasterium S. Stephani construxit.  
 Quod factum est circa annum Do-  
 mini 1029.